



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari prouenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

IX. Satisfit secundæ obiectioni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

ut eorum seruiat spirituali utilitati. Et 10. p. 2. potissima media Societatis ad suum finem esse dicuntur, probitas & virtus, ac prae praeparatio charitatis, & pura intentio diuini seruitus, & familiaritas cum Deo in spiritualibus deuotionis exercitiis, & zelus sacerdotum animarum ad gloriam eius, quae creauit, & redemit, quous alio emolumento possibilibus. Haec ergo sunt, quae Societatis vitam etiam quoad partem contemplatiuam maximè perficere possunt, & chori iacturam non solum supplere, sed etiam superare.

CAPVT IX.

Verum Societas arctam simpliciter, an laxam regulam praesentetur.

I.
Ratio dubitanti.

VT secundae obiectioni relictae in c. 7. n. 2. radicatus & plenè respondeam, praesentem quaestionem tractare visum est. Quia enim Societas vitam minùs austeram in his quae ad externam corporis tractationem pertinent, scilicet, in victu, & vestitu assumptis videtur, ideo calumniatores aliqui in eam obijciunt quòd laxiorem regulam obseruet, quibus ex haecenus dictis non satis responsum videtur, quia fieri optimè potest ut religio aliqua ex fine suo, & aliquibus ministerijs maiorem quandam dignitatem habeat, & nihilominus sub laxiori regula viuat. Sic ergo religio canonicorum regularium, eo quòd sit religio Sacerdotum, & ad officia, quae in diuinis mysterijs peraguntur, ordinetur, specialem, ac propriam habet dignitatem. Et nihilominus in cap. quod Dei timore, de statu monachorum. de illis dicit Innocentius III. quòd regula inferuiunt laxiori. Hoc autem non videtur alia ratione dictum, nisi quia licet in ceteris religiosis viuât, in his, quae ad corpus pertinent, nullam specialem obseruant asperitatem, sed commodum, licet temperatum, viuendi modum habent. Ergo eadem ratione dicenda est laxiori regulae Societas inferui. Atque hoc aliqui ita exaggerant, ut inde velint persuadere hominibus religionem hanc imperfectissimam esse, eo quòd eius professores delicatè (ut ipsi aiunt) viuant, nihilque à secularibus discerni videantur.

Dominicus
Bannes re-
lectione de
charitate.

II.
Discrimen
inter austeritatem, po-
nitentiam,
& arctam
regulam.

Ut ergo calumniam hanc excludamus, & quid rei veritas habeat aperiamus, tria hic distinguenda sunt, scilicet, poenitentia, austeritas, & arcta regula; sunt enim haec valde distincta. Quia austeritas vitae, prout in praesenti, & iuxta communem modum loquendi sumitur, significat specialem asperitatem in externa ac ordinaria, & communi corporis tractatione, ad quam praecipue pertinent, quoad victum, ebullientiam à carnibus, & erit maior, si fiteriam à lacticijs, & gratior, quo etiam in quantitate ciborum, & in ieiuniorum frequentia fuerit durior. In vestitu ordinaria austeritas est, non uti lineis internis; erit autem maior quo indumentum fuerit asperius, vel etiam simplicius, atque huc etiam spectat non uti calceis, sed nudis pedibus ambulare. Denique etiam in lecto cernitur haec asperitas in non utendo panno lineo sed laneo, vel in alio duriori usu lecti, usque ad humicationem. Poenitentia verò latius patet, nam praeter haec, quae numerauimus, quae certè ad poenitentiam pertinent, potest alijs modis fieri non tantum animo, sed etiam corpore (ita enim nunc loquimur) per actiones aut res, quae secretè, & occultè sunt, licet in exteriori habitu non appareant. Huiusmodi sunt secretæ, & priuatae flagellationes, cilicia, extraordinariae vigiliae, grauiiores labores ex pia causa assumpti, & similia. Rigor autem, seu arctitudo regulae, non solum in his rebus, imò nec principaliter in eis consistit, sed subtilius, ac spiri-

In quo au-
steritas vita
consistat.

Quid po-
nitentia.

Arctitudo
regulae quid
sit.

tualius (ut existimo) pensanda est. Nam, licet arcta regula sufficientem austeritatem, vel poenitentiam non omittat, principaliter autem consistit in rigorosa trium votorum obseruatione, & in omnibus obseruantijs, quae ad illa per se reducuntur, tanquam media ex se necessaria ad perfectam illorum custodiam, vel tanquam digni fructus illius. Ut v.g. in obseruatione castitatis regula arcta est, quae non solum omnem actum, aut motum turpem comprimit, sed etiam omnium sensuum mortificationi inuigilat, & omnia verba, non solum lasciuia, verum etiam quomodocumque vana, & quae vel remotè possunt puritatem offendere, omnino vetat, prohibet, ac coercet; & sic de alijs. In paupertate multa numerari possunt, quae cap. 3. num. 5. & 6. tacta sunt, quorum summa est, ut vnica ratio vtendi temporalibus bonis, sit necessitas, & haec sit omnibus communis, vsus verò fit in omnibus dependens à superioris arbitrio. Maximus verò rigor, & regulae arctitudo esse potest in obedientiae obseruantia, nam sicut illa est ceteris excellentior, ita etiam est difficilior, & maiorem abnegationem propriam maioremque omnium affectuum abiurationem postulat. Et hic merito dici potest maximus rigor arctior regulae, nam, ut Gregorius dixit. Minus vniu-que est abnegare quod non habet, valde autem multum est abnegare quod est.

Pro quaestione resolutione Prima
Conclusio.

Societatem non profiteri definitam austeritatem, aut poenitentiam modum pro omnibus socijs communem.

Fatemur igitur ingenuè non profiteri, quoad regularem & omnibus propositam obseruantiam, definitum aliquem austeritatis, aut poenitentiae modum. ita enim in eius constitutionibus expressè cautum est. Nam in Examine capite 1. §. 4. sic dicitur. Ratio viuendi in exterioribus, iuxta ob causas, maius Dei obsequium semper seruando, communis est, nequaquam ordinarias poenitentias, vel corporis afflictiones ex obligatione subeundas habet. Idemque in alijs constitutionibus declaratur, quas postea referemus, & in bulla, in qua Iulius III. cum maiori declaratione institutum confirmauit, haec sunt verba in narratione, seu declaratione instituti Pontifici proposita. In his, quae ad victum, & vestitum, & cetera exteriora pertinent, bonorum Sacerdotum communem, & approbatum usum sequentur: ut quod dicitur priuatisque necessitate, vel spiritualis profectus desiderio iuxta-ctum fuerit, ex deuotione, & non ex obligatione, rationabile obsequium corporis Deo, prout expediat, offeratur. Et nihilominus statim subdit Pontifex. Nihil quod pium, sanctumque non sit, in dicta Societate, etiamque laudabilibus institutis reperi, eaque omnia ad suorum, & aliorum, Christi fidelium animarum salutem, & fidei exaltationem tendere: ergo ex sententia Pontificis etiam quoad hanc partem, hoc institutum pium est, & sanctum, & ad praedictum finem egregiè accommodatum, quod nobis superest explicandum.

Secunda Conclusio.

Societatem uti debere poenitentiam, & afflictionibus corporis, modo in constitutionibus praescriptis.

Dico ergo secundò, Societatem ex vi suae regulae

Probatur
Conclusio
ex variis lo-
cis consilii.

gula uti debere penitentis, & afflictionibus corporis, modum tamen vitandi illis prudenti & sapientissima ratione in eius regula esse prescriptum. Vtraque pars ex eisdem constitutionibus probatur. Nam in dict. cap. 1. Exam. §. 6. post verba superius citata subditur. *Sed illas* (scilicet penitentias, & corporis afflictiones) *assumere quis poterit quæ sibi videbuntur* (cum approbatione superioris) *ad maiorem sui spiritus profectum convenire, & quæ propter eundem finem, superiores eis poterunt imponere.* Circa quæ verba solum expendo verbum illud, poterit, aut poterunt. Potuisset enim Beatus Ignatius uti verbo *debet*, nec tamen videretur obligationem aliquam in conscientia inducere, ab illo verbo abstinuit, in vniuersum enim noluit regulam hanc specialem obligationem in conscientia importare. Si tamen verbum *debet* non dicat obligationem sub culpa aliqua, sed solum directionem regulæ ad id, quod perfectius est, & per ipsam regulam consilium, sic verè possumus dicere, debere Societatis alumnos, ex vi huius regulæ, uti afflictionibus corporis, duobus illis modis in ipsa prescriptis. Debent enim quantum est ex se has penitentias desiderare, & petere, & iuxta arbitrium sui superioris illas fideliter exequi. Quod si quispiam in hoc negligens fuerit, debet superior pro ratione sui muneris, quo tenetur subditos ad maiorem profectum spirituales iuvare, & non defectus punire solummodo, tales penitentias iniungere, tunc verò manifestius est debere subditos illas assumere, cum ad perfectionem tendere ex vi sui status teneantur, atque in hoc sensu, intellecta est hæc regula ab vniuersa Societate, prout ratio ipsa maioris perfectionis postulat, & perpetua etiam consuetudine, quæ est optima legum interpret, eandem intelligentiam consummauit. Vnde in 6. p. Constitut. cap. 3. §. 1. de professis Societatis agens Beatus Ignatius, cum dixisset in corporali exercitatione ieiuniorum, vigiliarum, aut aliarum rerum ad austeritatem, vel corporis castigationem spectantium, nullam regulam eis prescribendam esse, nisi quam discretæ charitas vnicuique dictauerit, dummodo consulari confessor, vel superior subdit, *Hoc tamen dicitur in vniuersum esse quidem animaduertendum, ne nimis huiusmodi rerum usus tantopere vires corporis debilitet, ut deinde spirituali proximorum auxilio, iuxta nostri instituti rationem non sufficiant: nec contra, tanta in illis sit relaxatio, ut feruore spiritus refrigerent humani, ac inferiores afflictus incalascant.* Et 3. p. cap. 1. §. 12. admonentur omnes, ut penitentias omnes, vel mortificationes, & deuotiones confessori, vel superiori aperiant, nolentes suo proprio sensu duci, voluntate pura optantes ab illis dirigi, sic vbi à rectitudine d. flecterent: à rectitudine (inquam) religiosa, id est, (ita enim interpretor) ab eo quod melius, & gratius Deo est. Hæc enim debet esse regula etiam in penitentis agendis. Vnde in capite 2. eiusdem 3. part. Constitut. §. 5. dicitur. *Corporis castigatio immoderata esse non debet, nec indistincta in vigiliis, & abstinentiis, & aliis penitentis internis ac laboribus, quæ ei nocumentum afferre, & maiora bona impedire solent. Ideo suo confessorio detegi ab vnoquoque conuenit quicquid in hac parte faciat, qui si indicat excedi mensuram, aut certe dubitat de excessu, illum ad superiorem remittat.* In quibus, & similibus regulis confidit maiorem curam Beato Ignatio adhibendi remedia, ne in hac parte excedatur, quam ne deficiatur: Supponit enim hanc posteriorem curam, & in subditis, utpote viris spiritualibus, & orationi deditis, non defuturam, & in superioribus debere esse maximam, & ideo cum excessum vetat, semper significat religiosam curam, se exercendi in operibus penitentis, & afflictionibus corporis, quantum cum alijs laboribus Societatis coniungi

Franc. Suar. de statu relig. Tom. I. V.

possint, ex vi huius instituti debent esse, in sensu paulò superius declarato. Et præterea in 6. p. cap. 2. §. 15. de vestitu in particulari admonet, ut honestus sit, & ad vsu loci accommodatus, & professioni paupertatis non repugnans, & humilitatis, ac summis iudiciis præbens. In §. autem 16. In iis (ait) quæ ad rationem viciis, somni, ac vsus reliquiarum rerum vitæ necessarium, vel conuenientium spectant, quantum communis illa sit, minimeque diuersa ab eo, quod medicus illius loci in quo viuatur indicabit, ita ut quod quisque sibi inde subtraheret, ex deuotione, non ex obligatione subtrahat: habenda tamen semper erit ratio humilitatis, paupertatis, ac spiritualis adificationis, quæ semper nobis in Domino ob oculos versari debet.

Ex his ergo omnibus satis constat, Societatem ex vi suæ regulæ debere operibus penitentis, & austeritatis corporis insilire, magnamque illarum rationem habere, alioqui magnum profectum religionis, ac perfectionis instrumentum Societati deesset; quanuis enim in his afflictionibus corporis sanctitas non consistat, tamen negligendæ nullo modo sunt, quia & ad cordis puritatem purgando priora delicta, præcauendoque sequentia, & ad humilitatem, ad Christi imitationem, ac plures alios spirituales fructus necessariæ sunt. Consilium autem Beati Ignatii fuit, non eandem regulam, aut modum pro omnibus prescribere: quia in tanta varietate personarum, ac habitudinum (ut ipse aliàs dixit) certa regula præscribi nequibat, ideoque prudenti iudicio superioris mensuram vnicuique proportionatam remittit. Quam verò fuerit hoc consilium prudentiæ, ac sanctitatis plenum, facile ex antiquis Patribus, & ratione intelligi potest. Basiliius enim in interrogatione 19. ex fulioribus, quæ erat, qui modus seruati in continentia debeat: respondet. In vitiis quidem animi, vnus continentia modus est: summa earum rerum, quæ ad persistendam voluptatem fiunt, à nobis alienatio, in cibis autem quemadmodum aliis aliis necessariis sunt, pro ætate scilicet cuiusque, ac studiis, hique apostolicè ad corporis cuiusque habitudinem distincti: ita quoque diuersi sunt vsus illorum, modus, ratioque: quo fit, ut nequaquam omnes vni, & eidem regale subit, possint. Et ideo hanc iustam distributionem, seu conuenientem accommodationem Prælati committit, qui prouidere debet, ut nulli deficiat, quod necessitas petit, neque aliquid immoderatum alicui tribuatur, asserens illud Aðor. 4. Diuidebantur omnia singulis, prout vnicuique opus erat. Eandem regulam ferè prescribit Augustinus. Nam capite 2. regulæ sic inquit; *Distribuantur vnicuique vestrum à Præposito vestro viciis, & tegumentum: non tamen omnibus aequaliter, quia non aequaliter præualetis omnes, sed potius vnicuique sicut cuique opus fuerit.* Sic enim legitis in Actibus Apostolorum, &c. Et capite 11. *Carnem vestram domate* (inquit) *ieiuniis, & abstinentiis, & potus, quantum valetudo permittit.* Hic author sermone 25. ad fratres in eremo, fratres introducit interrogantes. Nunquid in via nostra semper ieiunare debemus? Respondet: *O fratres mei, legem recepistis, & audistis frequenter inter cetera, quod carnem vestram domatis abstinentia, & potus, quantum valetudo permittit, nolo enim me ipsum ligare: nolui onera vestra portare, sed hoc solum super vos ponere, ut ieiunetis, & abstineatis quantum Deo faciente potestis.* Denique eiusdem regulæ interpretes, & eiusdem familiæ alumni intellexerunt Augustinum summa discretionem polentem, non præcepisse in regula determinata ieiunia, sed prudenti arbitrio, iuxta vniuscuiusque vires, definienda reliquisse. Vnde idem Augustinus multa, quæ ad similem prudentiam pertinent, circa ciborum vsu, in eadem regula prosequitur vsque ad regulam 18. In qua de vestitu sic inquit. *Non sit notabilis habitus vester, nec effictis vestibus placentis.*

V.
Quo consilio
B. Ignatius
certas peni-
tentias nec
prescripsit
tota Socie-
tati.

3. p. Const.
c. 2. lit. E. &
scd. alibi.
Prædictum
consilium
testimonio
Patrum
suadet.

Ad frat. in-
gantes. Augu-
stus. D. August.
Ex eremitis
Ambros.
Corolan. in
Comm. 11.
Ex Canon.
reg. Trullo
li. 4. in can. 18
regul. cap. 7.

tere, sed moribus. Benedictus etiam in capite 40. suae regulae. Vnusquisque (inquit) proprium donum habet ex Deo; unus sic, alius vero sic: & ideo cum aliqua scrupulositate à nobis mensura vitæ, & virtutis aliorum statuitur. Quæ verba accommodatè ad nostrum propositum exposuit Turrecremat. tractat. 105. in expositione regulæ. Eodem modo Cassianus libro 5. de institutis renuntiantium capite 5. Super ieiuniorum (inquit) modo haud potest facile vniformis regula custodiri, quia nec robur vnum cunctis corporibus inest, nec sicut cetera virtutis fulgur rigore parantur: quod latè prosequitur. Pallad. etiam capite 38. suæ historiæ refert regulam ab Angelo Beato Pachomio reuelatam, cuius vnum caput erat. Concede vnicuique, vt comedat, & bibat pro ratione virium, & pro viribus comedentium; eis quoque manda opera, quæ proportionè conueniant, ac respondeant, & nec ieiunare prohibe, neque comedere, si quidem fortibus fortia opera; imbecillæ autem & leuiat s qui imbecill otes sunt, conueniunt. Denique Eusebius libro 9. de præparat. Euangel. capite 1. de Essenis loquens (quos tractatū 8. diximus, cum Hieronymo, Epiphano, & alijs in Ecclesia fuisse ex primis religiōis, qui sub Marco Alexandria floruerunt) inter alias regulas instituti eorum in præsentimateria, hanc asseruisse: Cibus, & potus vitæ necessitas mensuratur. Non omitam etiam hoc loco verba, quibus sancti cuiusdam iuuenis viuendi rationem Sanctus Chrysostomus refert libro 3. contra vituperatores monast. vitæ post medium: nam Beati Ignatii consilium ad vnguem exprimere videntur. Et quod est (ait) mirabilis, ac exorsor quid, in cultu, nihil à ceteris differre videbatur, non enim a gressibus, vel in omni erat moribus, non comæ negl gentia, non amictus virilitate nobilis, sed erat communis h. b. a. voce, aspectu, & ceteris omnibus. Quibus ex rebus factum est, vt facilius plurimos contubernium intra reia sua includeret, cum haberet miris insecus incredibilem latorem sapientiam. Denique, si quis illum domi videret, vnum ex eis esse putauisset, qui montes, & deserta incolunt: domus enim ita illi disposita, & parata erat, vt in null. monasterio diligentiam desideraret, nihilque necessarii amplius habebat. Talem Beatus Ignatius totam Societatem formari optabat.

VI. Ratio autem generalis est, quæ ex medio temperantia, & similitum virtutum moralium sumitur. Non est enim, (vt aiunt) medium rei, sed rationis, & ideo non est vnum respectu omnium, sed in vnoquoque consideratur per proportionem ad intentum finem, considerata personæ, seu subiecti qualitate, & alijs circumstantijs. Vnde rectè dixit Gregorius libro 2. registri capite 31. Cum non plus quam necessè est seruatur corpori, sed solius infirmitas, sicutur, vt ad vsum exercenda virtutis habeatur: tunc veraciter ex charitate conuicia produnt. Hæc si vos in vestris conuicijs agitis, abstinentium faciet magistri estis. Multa similia latè prosequitur Basilii sermon. de vera virginitate, vbi pro regula circa abstinentiam seruandam ponit, vt tanta sit, quanta ad virtutis acquisitionem confert, & subdit. Ingrati se in hac parte atque inatolabilem, sancta Virgo caue seruabis, corpusque vt seruire queat animæ, in his quæ sunt necessaria vitæ moderabitur prudenter, ac riget, neque enim expedit dum nimis obsequat, ne gustus voluptate rapiatur, manantque ex vitæ voluptates, per ciborum abstinentiam frangit: epergit, contra ita corpus atterere, vt inualidum iam, inutilique reddatur. Quod latè prosequitur, & post multa subiungit. Sicut in gula intemperantiam de limare graue, ac periculosum est: ita per nimiam abstinentiam corpus atterere omni proficilo ratione caret: neque enim abstinere à voluptatibus gula per se expetendum est, si d. iura ad virtutis acquisitionem conferat. Quod si illud, cuius gratia ciborum abstinentiam eligimus, per immoderatam nequitiam in ediam contra ac institutus, agimus: nam fracto, contritoque instrumento, nec Deo in hacere

perlectionis, & orationis studium possumus, neque ad futurum beneficentiam humanitatis officium obire. Ig. a. & corporis cura necessario habenda est, non ipsi gratia, vt seruatio illius ad Philosophi a studia vii pessima. Quibus verbis nulla possunt esse aptiora ad mentem, & spiritum Beati Ignatii explicandum. Multaque similia habet idem Basilii in Constitut. monast. capite 5. vbi inter alia hanc regulam constituit. Caminer a ventis moderatio ea præstantissima iudicanda est, quam vires corporis cuiusque desinunt. quod latè prosequitur. Alia ad idem confirmandum sumi possunt ex Cassiano collat. 2. capite 2. & ex alijs locis quæ infra referemus. Non omitam etiam aduertere, quod Caiet. 2. 2. quæstione 147. artic. 1. ex mente D. Thomæ obseruauit, regulam temperantia esse necessitatem vitæ præsentis, quoad duo, scilicet conuenientem sustentationem naturæ quantum ad esse, & quantum ad potestatem exercendi debita virtutis opera. Vnde si quis (inquit) sentiat ad aliquid opus, vel l. verale, puta ad legendum, prædicandum, caritatem, vel melius hanc, puta ad edificandum, studiū, &c. abstinentia impediens potentiam ad hoc non est alius virtutis. Quæ sententia ad omnes afflictiones corporis applicari potest. Cum ergo medium non sit vnum, & idem, in hac materia pro omnibus personis merito Societatis noluit vnam, & eandem regulam pro omnibus suis subditis æqualiter statuere, sed vitæ regulæ quæ est superior, id commisit. Ne verò propterea improbauit Sanctus Ignatius consuetudinem aliarum religionum, in quibus humilissimè diuinitas per generales regulas statuta fuit, nam in eis sanctæ, & prudenter id fieri potuit: quia licet non ab omnibus æqualiter possint obseruari, possunt tamen à pluribus: ac regulariter possunt hæc dispensationes esse in paucioribus. In Societate autem non ita esse poterat, sed potius oportuisset, generalem regulam, si statuenda esset, nimium esse moderatam, propter specialem rationem in ea inuentam, quæ à nobis supra in n. 4. est explicata.

Ratio ergo specialis, quæ Beatum Ignatium mouit, vt hunc vitæ modum communem, cum prædicta dicta regula in penitentijs, & afflictionibus corporis assumendis in Societate reliquerit, ex hinc est, vt eiusdem instituti, qui est animarum salus, deservit, vt iam enim in superioribus capite 2. diximus, hunc finem ita esse ab hac religione intentum, vt totum religionis pondus, quoad fieri possit, in illum feratur, ac proinde tota ratio viuendi, & ipse etiam modus inquirendi perfectionem propriam huic fini accommodetur. Propter hunc ergo finem primò factum est, vt ratio viuendi Societatis in exterioribus communis sit. In quo voluit Ignatius socios imitari ducem suum Christum, de quo rectè docuit Diuus Thomas 3. p. quæst. 40. art. 1. cum hominibus familiariter conuersatum esse, & in his locis exterioribus, præsertim quæ ad cibum, & potum in hoc mundo pertinent, vitam cum alijs egisse communem, vt hanc finem propter quem principaliter mortalem carnem assumpserat, consequeretur: id est, vt omnes homines ad se attraheret, ac lucrificaret, & in hoc sensu concludit idem D. Thom. ibi 2. non fuisse conueniens, vt Christus in hoc mundo vitam duceret austeram, scilicet, quoad modum cibi, & potus. Nam conuenientissimum est (inquit) vt qui conuenienter tum aliquibus conuersatur, scis in conuersatione conuenienter iuxta illud 1. Corin. 9. Omnis omnia. Alium vtrumque lucrifaciam. Quam doctrinam ibi nos disputat. 3. sect. 1. & 3. testimonijs diuinæ Scripturæ, & sanctorum Patrum, ac ratione confirmamus. Quam postea non defuerint, qui eam impugnare studuerint, quia videbant fortasse magni esse fundamentum eius rei de qua nunc agimus, sed propter quod minime præualere potuerunt contra veritatem, quæ

quæ in Euangelio manifesta est, & quicquid dicant, proferre non possunt Patres, qui aliter de Christi vita sentiant.

VIII.

Quarantina intelligenda sit Christum Dominum communem vitam egisse.

Sed in hac re cauenda est magna quædam æquiuocatio, in qua fortè aliqui versantur. Nam dum agimus de communitate vitæ, quantum ad conuersandum cum hominibus, & ad vtendum communi cibo, & potu, transitum faciunt ad vitam laboriosam, ærumnosam, pauperrimam, iniurijs, doloribus, maximisque passionibus, vsque ad mortem, subiectam; & ita concludunt Christum austeram vitam professum esse, & putant se nobis contradicere. Quis autem catholicus, etiam rudis, ignorat Christum Dominum à principio natiuitatis, vsque ad mortem, vitam pauperrimam amplexum esse, adeò, vt ne cum primùm nasceretur, locum haberet vbi in diuersorio poneretur, præter vile præsepium; & postea dum regnum cælorum prædicaret, non haberet vbi inclinaret caput suum, ac tandem nudus in cruce finiret vitam? Quis etiam nesciat Christum recenter natum coactum fuisse peregrinari, quod sine magnis laboribus, & incommodis fieri non potuit; & postea, præsertim ex quo tempore prædicare cœpit, multum pro salute hominum laborasse, peditem quoque per varias partes discurrendo, famem, sitim, & æstum sæpius sustinuisse, cuius indicium nobis præbuit, quando Ioan. 4. *sanguis ex uiscere sedebat sic supra fontem*, ieiunius vnus animæ, & per illam aliarum multarum conuersionem expectando. Denique omnes norunt Christum Dominum magnos dolores, & afflictiones corporis propter hunc finem exanthlase; aliquando ab inclementia aeris, & cœli, sæpius autem per hominum iniuriam, quæ omnia tam in citata disput. 28. quam in multis sequentibus abundè locupletauimus. Non ergo de hoc agimus, cum de vita communi, vel aultera differimus, sed solum vt vita communis opponitur solitaria; & non aultera dicitur, quoad exteriorum vsum cibi, ac potus, ac vestitus. Potest enim vita esse pauperrima inter homines degendo, & communibus eorum cibis elemosyna acceptis vtendo. Et similiter potest essetalis vita laboriosa nimis, & iniurijs, & laboribus exposta, vt per se notum est. Dico autem passionibus expostam, quia aliud est agere, aliud pati; illud prius est in potestate hominis, hoc autem posterius minime, sed ad Dei prouidentiam, vel permissionem spectat; præsertim quando tales passionibus, vel iniurijs ab alijs hominibus sustinendæ sunt. Vnde non est in potestate hominis imitari Christum, in actuali; (vt sic dicam) exercitio talium passionum, vel iniuriarum, sed in hoc solum, vt cum oportuerit, se illis Deo auxiliante exponat, & propter illa non formidet in alijs operibus ministrare Christo, & consequenter quando Deus illa permiserit, patienter sustinere. Sic ergo manifestum est, ablata verborum ambiguitate, qualem vitam rationem Christus seruauerit.

IX.

In quibus sit Societas communis vitæ modum, à Christo seruatum intueri.

Cum ergo Societatis finis proximus sit, & similis fini Incarnationis Christi, scilicet, animarum salus, & (vt ita dicam) efficacia redemptionis circa illas; merito etiam Christum imitata est in hoc modo exteriori vitæ communis. Primò quidem quoad hoc, vt inter homines viuat, & conuerfetur, quia non posset alio modo eos lucrari. Vnde etiam religiones monachorum, quæ præsertim à temporibus Sanctorum Dominici, & Francisci, aliqua ex parte officium assumpserunt adiuuandi Episcopos in ministerio animarum (vt Caiet. alijs dixit) rigorem etiam antiquorum monachorum, qui omnimodam separationem, quoad habitationem obseruabant, vt est apud Basilium regul. 6. ex fustioribus, temperarunt, in ciuitatibus monachorum.

Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

steria construentes, & cum hominibus conuersantes. Quò ergo Societas propensius huic muneris incumbit, eò amplius cum hominibus conuersatur, quia non solum in ciuitatibus habitat, & ad se venientes beneuolè excipit, sed etiam per vicos, & plateas, eos quatit, & per vniuersum mundum peregrinatur, vt omnes Christo lucretur, in quo & Christum, & Apostolos imitatur. Studet etiam eorum spiritu rectam intentionem, & prudentiam imitari, vt cum aliorum fructu, & sine proprio detrimento tantum opus perficiat. Secundò, ad hoc consequens est, vt etiam Christum imitetur in exteriori ratione vitæ communis, quoad ea, quæ ad cibum, potum, & vestitum pertinent, ex eodem fundamento à D. Thom. constituto, quoniam conuenientissimum est, vt is, qui cum alijs conuersatur, vt eos lucrificat, se cum eis in conuersatione conformet; quia sine dubio hoc multum confert ad conciliandos sibi eorum animos, quæ magna est dispositio, vt conuersatio cum illis fructuosa sit, & effectum habeat, si in illorum genere vitæ omnis decencia, vt supponitur, temperantia, & honestas obseruetur. Accedit etiam, quod ad prædictum finem necessarium erat per varias mundi partes discurre, sæpiusque peregrinari, imò hæc est gratia huius *vocationis*, vt Gregor. XIII. sæpè citatus dixit, & ideò oportuit homines Societatis, ex vi suæ regulæ, non esse huic, vel illi ciborum generi addictos, sed illam Euangelij regulam Luc. 10. seruare, *Manducate quæ apponuntur vobis*. Neque enim expediebat, aut frequenti dispensatione vti, aut alium domum, alium foris viuendi ritum tenere, aut onerosos esse alijs, inter quos frequenter versari, & ab eis ali deberent.

Atque hinc etiam fit, vt sicut Societas in hoc genere vitæ communis Christum imitatur, ita etiam in ea vitæ austeritate, quam ipse amplexus est (vt aduersariorum verbis utar) ab eiusdem vestigio non recedat. Atque in primis cum hoc genere vitæ, perfectam paupertatem coniungit; nam vt in supra capite 3. num. 5. tetigi, & infra libro 4. cap. 7. *stertate Societas Christi* in particulari, & in communi obseruat: in *sum imitatur*. Collegijs autem studiorum eam retinet, quæ illi temporis, & occupationi maximè est accommodata: & quod caput est, in vfu paupertatis quoad singulas personas maximum rigorem obseruat. In missionibus autem, & peregrinationibus pro animarum salute, quoad fieri possit, emendatò viuere debet. Deinde in laboribus pro animarum salute suscipiendis plurimum Christum imitatur; nulli enim labori parcere debet, vt illum finem assequatur. Vnde in 4. p. Constit. in declaratione præmij ea ratio redditur, propter quam expedit iuvenes in Societate admittere, qui & vitæ & moribus ab ea benè instituantur, & conuenienter educantur. Tum (dicitur ibi) *propter magnos labores, quos eius institutum exigit, tum propter magnam sui ipsorum abnegationem*. Atque hinc tandem fit, vt etiam in sustinendis iniurijs, doloribus, aut passionibus Christum etiam imitari debeat, vt luculenter in Examine ca. 4. §. 44. & in 11. regula Summarij proponitur. Nam (vt in fine num. 8. dixi) actualis occasio hæc patiendi non est posita in patientis voluntate; tamen preparatio, & animus ea sustinendi necessarius omnino est eis, qui vitam suam huic ministerio, & labori consecrarunt, quia moraliter fieri non potest, quin quamplures occasiones sese offerant talia patiendi, eis qui pro dignitate Euangelij prædicant, non solum inter fideles, sed etiam inter paganos, Gentiles, & hæreticos, vt non solum in Christo, & Apostolis, & in alijs prædicatoribus Euangelicis, sed etiam in ipsa Societate experientia tum præterita, tum præsentis cõpertum est.

X.

Non solum in communis vita mori, sed etiam in vita animæ.

Ac propterea in eius constitutionibus sæpe commendatur sui ipsorum abnegatio, & omnium rerum temporalium contemptus, & desiderium patiendi cum Christo, quoniam nihil magis necessarium est ad liberam, & efficacem Evangelij prædicationem: qua de causa dictum existimo in bulla 1. Iulij 111. Non esse aliquos in hac Societate admittendos, nisi post diuinas, & diligentiſſimas probationes, quia re vera hoc institutum omnino humilis, & prudentes in Christo, & in Christiana vita puritate, ac literis conspicuos exigit.

XI.
Obiectio.

At verò, dicit aliquis, esto expediens fuerit, Societatem in externo habitu, & in frequenti vſu ciborum mediocritatem, & communitatem quandam tenere: hoc tamen non impedire quin in interiori habitu, aut lectis, maiorem aliquam asperitatem, & in ieiunijs aliquam peculiarem obseruantiam ex vi regulæ habuerit præscriptam. Nam & Christus Dominus licet ordinariè dictum vitæ modum obseruauerit, aliquando quadraginta diebus ieiunauit, vt eius rei nobis exemplum præberet; & similiter in suo habitu asperitatem aliquam seruasse credendus est, cum de Ioanne loquens dixerit Matth. 11. *Quem ex istis videte, hominem mollibus vestitus? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.* vnde multi credunt tunicam inconsutilem, super quam milites fortiti sunt, non lineam, sed laneam fuisse; & alij opinantur Christum Dominum nudis pedibus ambulasse.

XII.
Pro obiectio
nis solutio
additur se-
cunda ratio
prædictæ co-
stitutionis.

Possemus ex ratione facta eam cum proportionem applicando huic obiectiōi satisfacere. Vt tamen res euidentior fiat addamus secundam, quam existimamus multum mouisse Beatum Ignatium, vt prædictam viuendi regulam suis reliquerit: & Summi Pontificis illam approbavit. Illa autem est, quia considerato fine huius religionis, necessarium erat socios omnes in maximis laboribus tam mentis, quam corporis perpetuò versari, ideoque ad eundem finem consequendum, necessarium futurum esse afflictiones corporis ita moderari, vt laboribus illis sustinendis possint sufficere, ne Societas suo fine frustraretur, & curandis ægris, potius quam proximis iuandis instituta videretur. Quod præfatiens, ac timens Beatus Ignatius, non solum in afflictionibus corporis, sed etiam in ipsius laboribus moderationem sapientius commendat: intellexit ergo, si ieiuniorum, aut aliarum austeritatum generalem aliquam regulam statuere veller, necessariò futuram fuisse moderatissimam, quia generalis rigor in rebus corporalibus, cum tanta varietate actionum, & laborum, primùm in studijs, & postea in ministerijs etiam erga proximos, non poterat ab omnibus sustineri, sine magno periculo, ac dispendio salutis, & consequenter cum impedimento maiorum bonorum, quæ ad Dei gloriam, & animarum profectum magis conferunt. Melius autem iudicauit pro regula relinquere, & vniuersiuique affectum, & facultatem, & superioris prouidentiam, ac prudentiam, quam generalem regulam multum moderatam proponere. Nam hac semel constituta omnes contenti essent illam implendo, etiam si fortasse, & viribus corporis potentiores essent, & maiori penitentia exercitio ad suum profectum indigerent. E conuerso verò alij, qui fortè etiam ad illam moderationem sufficientes vires non haberent, vel eandem seruare regulam, vel ex dispensatione viuere cogerentur. Quorum prius detrimentum, posterius verò tristitiam, & anxietatem animi afferre solet.

XIII.
Vtilitates,
quæ ex hu-
iusmodi con-
stitutione
sequuntur.

Plures ergo vtilitates sperauit Beatus Ignatius futuras in Societate ex huiusmodi regula, quas successores eius per Dei gratiam experti sunt. Prima est, quod penitentia Societatis non tantum penitentia est, sed etiam obedientia & humilitas: nam

hæc duæ virtutes maximè exercentur, dum aliquis Superiori suo aperit, quicquid in hoc genere, & facit, & desiderat, & eius arbitrio se conformat, vel moderando, vel augendo penitentia opera, iuxta superioris voluntatem. Quod fuit consilium omnium antiquorum Patrum spiritualium, vt videre licet in Basilio in Constit. monast. capite 20. & regul. 45. ex fustis disputatis. Calsian. collat. 4. cap. 20. Benedict. in capite 49. suæ regulæ, vbi habet illa verba notanda. *Quod vnusquisque offerre voluerit (scilicet voluntariæ abſtinentiæ, &c.) Abbas manifestet, & cum eius benedictione, & voluntate faciat: nam quod sua licentia Patris spiritualis fit, præſumptioni, & vanæ gloriæ tribuitur, non mercedi.* Et de eadem re videri potest Bernard. sermon. 7. in Cant. Secunda vtilitas est, quia hoc modo vniuersiuique vtilitati corporali, & spirituali melius prouideri potest. Nam constitutio scripta complecti non potest, quæ vnumquæque sigillatim attingunt, vt dixit Basilus supra, & in constitut. monast. cap. 5. vbi materiam hanc latè, & eleganter prosequitur; & ideo licet ex alijs circumstantijs præſtet legibus scriptis, quàm iudicijs hominum gubernari homines, vt communiter traditur cum D. Thom. 1.2. quæst. 95. art. 1. atamen ex suo genere melior est animata regula, quam inanimata, vt dicitur in Authent. de Confessibus. *Omnibus ad finem, & indicat Aristot. 3. polit. cap. 1. & melius 5. Ethic. capite 4. præſertim vbi animata regula facile conueniri potest, & vbi magnum periculum imminet, si pro omnibus vna regula lignetur, & maius, si vniuersiuique arbitrio negotium relinquatur.* Vnde Abbas Plato (vt apud Palladiū in historia Sanctorum refert S. Theodorus in eius vita) sic aiebat. *Corporis afflictionem, humilitationem, vigiliam, & huiusmodi, per se laudabilia esse concedit, & quæ, si nihil tamen expedit, imò verò & ruinam causam illam esse, si sumamus, quis arbitrio in his faciendis vitetur, nisi qui præſt. ductu, & regula dirigatur.*

Tertio hinc factum credimus, vt cum effectu maius sit in Societate penitentia exercitium, quàm si certa aliqua regula fuisset præſcripta, quæ finitius, & tantæ personarum varietati esset proportionata: Nam tunc, vt num. 12. dicebam, omnes in modum essent illa regula contenti, quæ necessariò debere esset moderata, vt ostendi: nunc autem, omnes appetunt (regulariter loquor) facere quantum possunt, & plures etiam plusquàm possunt, superior autem, vel confessor singulorum desideria moderatur. Vnde etiam fit, vt apud Deum longe maior sit penitentia, quàm exterius appareat, quod non parum etiam ad nostram humilitatem iuuat, vt inſtitutum attingam. Possem autem vtilitatem hanc ex affectu ipso ostendere, recensendo variaz penitentia opera, quæ prædicto modo generali quidem consuetudine, iusto verbo, accommodata vnde distributione in Societate fit, qualia sunt cilicia, non crebræ solum flagellationes secretæ, sed publicæ etiam multorum simul, in refectorio, præcipue quibusque festis Christi Domini, B. Virginis, Apostolorum, ac eorum quos alij, atque alij præcipua veneratione colunt, patronosque deligunt; item vigiliæ, ieiunia & similia. Verum tamen hæc omittō, quia hominibus bene affectis vel nota sunt, vel per se credibilia: malè autem affectis difficile credentur, maximè cum sint secreta. Duo solum aduerto: vnum est, quia inter prædicta opera, ieiunia sunt magis publica, & quæ non possunt nisi in conspectu communitatis fieri: ideo specialiter cautum esse in prima congregatiōe generali, vt Præpositi, & Rectores curam habeant admonendi alios, ad singularitatem non pertinere, si quis ieiunet alijs non ieiunantibus. In quo supponitur ieiunia particularia & priuata debere esse in vſu pro vniuersiuique deuotione, habita ratione viriū, & laboris iudicio Super-

Quarta
v.
v.

XV.
Exemplum in
vitiis
adducto de
Christiano
miserabili.

floris, ut reipsa sunt, iis maximè diebus, quibus per hebdomadam ex præcepto Ecclesiæ à carnibus abstineatur citra ieiunium. Aliud est in partem non modicam penitentiae computari, in primis quoad cibum, & potum, non solum contentos esse communi quantitate, & qualitate ciborum pro omnibus designata, quæ iuxta consuetudinem religionis vix credi ab aliis potest, quam sit moderata; verum etiam illa uti cum magna temperantia, & sobrietate, & præsertim, nihil priuatim possidere, aut in propriis cellis habere, quo possint aliquando, vel necessitati occurrenti subuenire, vel insurgenti desiderio consentire, quam tanquam regulam perfectæ abstinentiæ posterunt antiqui Patres, & specialiter videri potest Cæsian. lib. 5. de institutis ieiunantium cap. 8. & 9. & Basilian. Constit. monast. cap. 5. & optimè in 26. Et eadem proportionem de vestitu, & usu aliarum rerum iudicium ferendum est. Tandem pro maxima utilitate reputatur, quod religiosi ordinariè viuere possint, & suis laboriosis muneribus inferuire, sine frequenti dispensatione, quæ sine dubio occasio esse solet, & obmurmurationis, & relaxationis. Propter quod etiam in Concilio Tridentino cautum est, ut frequentes legum dispensationes vitentur, quoad fieri possit, maximè verò id vitandum venit, si pro tota vita, à totius communitatis rigore sint aliqui eximendi ob rationem (ut aiunt) status magisterij, iubilationis, edificationis ordinis, &c. Propter has ergo, & alias causas non vna penitentiae regula pro omnibus posita est, sed illa solum, quæ ad temperantiam, honestatem, decentiam, & paupertatem, sufficiunt, has enim conditiones sæpe in constitutionibus suis obseruat D. Ignatius, ut patet 3. p. cap. 2. & 6. p. cap. 2. §. 15. Penitentia.

Ad exemplum autem illud, quod in eadem obiectione n. 11. de ieiunio Christi Domini afferrebat, respondet Basil. dist. cap. 5. Constit. monast. in fine, ubi cum ferè totam doctrinam à nobis positam lædè tradidisset, eodem modo sibi obicit, dicens. At, & dicitur: *am Dominus in diem pertulit, dixerit, idem facit Moyses, idem Elias propheta.* Respondet. At enim illi, à tu quoque animi adacti, Dominum, itemque Moysen, & Eliam, hoc semel tantum fecisti; reliquo autem tota vita impore, quod in regendo corpore eam, quam pareras, perpetuo disciplinæ moderationem adhibuerint, idque otio languere nunquam sinerint, sed vsque in laboribus, assidueque exercitationibus continuerint, que auxiliari opera corporis, animi virtutes illustiores reddiderunt, dum omnibus suis partibus absolvente spiritu alia sua conuersationi operatoriam eiusmodi, & actiuam vitam, cœu sigillum ac clausulam adiecerunt. Vbi Scholasticus in margine adnotauit, Basilium loqui de actiuâ vita, quæ ex plenitudine contemplationis deriuatur, ut est spiritualis doctrina; quam dicit esse consummationem perfectionis; & ad hanc pertinere ita moderari corpus, ut illi possit inferuire. Atque huius rei exemplum dedisse Christum in ordinario cursu vitæ suæ, licet semel extraordinarium etiam ieiunium seruauerit. Vnde D. Thom. 3. p. q. 40. art. 2. ad 1. *Vtraque (inquit) vita est laeta, & laudabilis, vti scilicet aliqui à communium hominum consortio segregati abstinentiâ seruit, & ut in Societate aliorum positus communi vitæ viatur; & ideo Dominus voluit vtriusque vitæ exemplum dare hominibus.* Fortasse etiam voluit illo exēplo docere, prædicatores, & ministros Euangelij oportere aliquoties à communi vitæ segregari, & per aliqua temporis spatia seriùs & frequentius contemplationi vacare; & corpus maioribus ieiuniis, vigiliis, & aliis modis affligere. In quo etiam Societas ipsam maximè imitatur per vsum spiritualium exercitiorum, quæ vel semel, vel sæpius in anno ferè ab omnibus per hebdomadam, vel plures dies fieri solent, cum frequentiori usu ieiuniorum, & aliarum corporalium afflictionū, quæ

ad maiorem deuotionem, ac longiorem solito diuinarum rerum meditationem, & contemplationem possint deferuire. Quam tandem consuetudinem 6. generalis congregatio suo decreto stabilivit, ut lib. 8. c. 1. in fine afferemus.

Ad aliam verò partem in eodem n. 11. respondetur verba illa Christi Domini, *Qui mollibus vestiuntur, &c.* in eos dicta esse, qui delicias in vestibus querunt, non verò ad eos transferri possunt, qui iuxta consilium Apostoli 1. Tim. 6. habentes alimenta, & quibus tegantur, his contenti sint. Neque enim amplius habere censendi sunt, qui licet habitu nimium austerum non vtantur, nihil tamen aliud in eo, quam decentiam, honestatem, & commoditatem suo statui, hoc est, religioso clericatui necessariam querunt. Hanc autem regulam seruari voluit B. Ignatius in vestitu Societatis, ut supra in cap. 5. notatum est. Vnde licet ex priori ratione, quæ sumpta est ex communi vita, & conuersatione cum proximis, prout supra disseruimus, solum videatur concludi vtilem fuisse communem habitum clericorum, quantum ad ea, quæ exterius apparent; tamen ex ratione 2. n. 12. addita, quæ respicit necessitatem virium, & salutis corporis ad sustinendos labores Societatis, idem à fortiori concluditur de usu internarum vestium. Eo vel maximè, quod nullæ ferè adeo interiores lateant, quin exterius appareant; & inter eas etiam est seruanda proportio, & decentia, ad quam multum pertinet munditia, maximè in his personis, quæ cum aliis familiariter conuersantur sunt. Vnde de omnibus clericis dixit Hieron. epistol. 2. ad Nepotianum, *Ornatu, & sordibus pari modo fugiendi sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Quibus etiam ait, non ornentur veste, sed moribus.* & similia habet epistol. 22. ad Eustochium. Cuius autoritate hoc ipsum confirmat Concil. Senonens. 2. p. de moribus. c. 24. & Concil. Colonien. p. 5. cap. 26. Et idem habet Concil. Mediolan. sub Cardinali Borromeo p. 2. cap. de clericorum vestitu. Et de B. August. refert Possidon. in vita eius. ca. 22. vestimenta illius, nec nitida nimium, neque abiecta plurimum, sed ex moderato, & competenti habitu fuisse. De qua etiam re nonnulla in superioribus diximus in cap. 5. Propter hæc ergo exteriorem decentiam, & munditiam (quam certè solitariis superuacaneam censuit Hilari, nisi fortè de curiosa, ac mundum redolente locutus est) necessarium etiam fuit Societatem hoc genere vestimenti vti, cum illud propriam perfectionem non impediatur, & vtile sit ut faciliorem, magisque grauem possit habere aditum ad omnes homines cuiuscunque ordinis sint, lucrandos, & familiariter tractandos, quantum eorum salutis expediat. Porro autem dictis in tota hac 2. assertionem minimè aduersatur obseruari in Societate iuxta regulam 5. ex communibus, abstinentiâ sextæ feriæ per annum, statutumque fuisse in 7. congregatione can. 2. ut in peruiugio S. Patris nostri Ignatii ieiunium seruatur. Hæc enim magis ad cultum ac memoriam passionis Christi Domini, & fundatoris nostri referuntur, quam ad statam, communemque toti religioni penitentiam indicendam. Quod etiam de illa abstinentiâ ab omni recreatione, quam eadem Congregatio in can. 8. pro triduo passionis Christi piè introduxit, accipiendum est.

Tertia Conclusio.

Societas regulam valde strictam esse.

Tertiò dicendum est, religionem Societatis sub regula valde stricta, & rigorosa Deo inferuire. Hoc facile demonstrabitur ex dictis, si declaratio tertiorum supra num. 2. posita præ oculis habeatur. Nam regula non dicitur arcta, vel laxa, propter

Kk 4 corpo-

XVI.
Respondetur
ad verba
Christi, qui
mollibus
&c.

Vide Baldū
in rubricā
extra de vi-
ta, & hōis, ff.
cleric.

XVII.
Sua dicitur an
d. 2.

corporales afflictiones maiores, aut minores (quāvis hoc etiam adiuvet) sed præcipue propter maiorem rigorem, & observantiam in omnibus operibus virtutum, & consiliorum, & tanto erit maior arctitudo, quanto fuerit maior observantia in his, quæ maioris momenti, & perfectionis sunt. Constat autem evidenter, regulam Societatis circa consilium obedientiæ, quod est omnium maximum, esse arctissimum, quia descendit usque ad minima, cum maxima dependentia, & subordinatione ad Superiorem; & se extendit usque ad maxima cum summa promptitudine, & totius hominis abnegatione, quæ de re late in lib. 4. c. 12. & 13. & qui huiusmodi obedientiam non observat, reuera huic regulæ plene non satisfacit; ergo. In usu etiam paupertatis maximam quandam perfectionem requirit, ut in superioribus satis tactum est, & citato lib. 4. c. 8. & 9. tractabitur. In castitate verò rigor consistit in summa vigilantia vitandi omnia, quæ vel minimum possunt ea lædere. Quam verò sit exacta hæc cura, tam in regulis, quàm in usu Societatis, notissimum est; nam aliquibus potius videtur nimia, considerato autem fine, & ministerii Societatis, nimia quidem non est, non tamen potest non esse maxima, & valde rigorosa, si Societas debet in sua puritate conservari, ut per divinam gratiam hæcenus conservatur; qui effectus satis probat regulam eius in hac parte esse arctissimam. His accedit, quod ex vi regulæ Societatis, tam in Constitutionibus, quàm in regulis communibus, & particularebus contentæ, necesse est, ut qui perfecte ad illam se conformare voluerit, strenue vigilet in custodia omnium sensuum, & circumspectione verborum, & in abnegatione propriæ voluntatis, & mortificatione omnium affectuum, præsertim ambitionis, & elationis; quæ omnia non solum corpus, sed etiam spiritum valde contringunt, & non parum interdum affligunt; præsertim, quia hæc cura licet singulis voluntaria esse debeat, eisque præcipue demandata sit, non tamen illis solis, sed etiam superioribus ex vi suarum regularum, ut si qui in toto hoc negotio propriæ mortificationis negligentes, ac remissi sint, eos excitent, & exerceant. Si igitur hæc omnia attentè considerentur, & multa alia, quæ ex ordinariis laboribus, & exercitiis Societatis tam internis, quàm externis adiunguntur; nemo qui ea satis percipiat dubitabit, quin huius religionis institutum satis arctum, & rigorosum sit.

XVIII.

Atque hinc servata proportionem inferre possumus illa duo, quæ in cap. superiori num. 8. & 9. intulimus. Vnum est, institutum hoc non posse in se iudicari imperfectum, aut minus prudenter ordinatum, eo quod ex regula certam corporis austeritatem, aut afflictionem non profiteatur, sed vitam quandam in exterioribus communem, severam tamen, moderatam, ac honestam. Probat eodem discursu, quem supra fecimus; nam hæc corporis afflictiones non sunt ita per se bonæ, ut in eis consistat perfectio, sed ut sint instrumenta perfectionis acquirendæ, ut D. Th. docuit q. 188. art. 6. ad 3. & est doctrina omnium Patrum Augustini, quem D. Thom. citat 2. q. Euang. q. 11. & Gratian. in cap. quod dicit. 41. d. Basilij citatis locis, præsertim in consit. monast. cap. 5. & serm. de servanda virginitate. Cassian. & Patrum quos refert collat. 1. c. 7. collat. 2. c. 2. & collat. 21. c. 13. 14. & 15. Et idem sumitur ex lib. 1. de institutis c. 11. & toto lib. 5. Igitur si considerato fine (eoque perfectissimo) religionis, maior asperitas ex vi regulæ non est non solum necessaria, verum nec conveniens, non potest religio in se imperfecta, aut minus bene instituta iudicari, eo quod illo medio non utatur nisi cum moderatione, & discretione suo illi fini accommodato. Demonstratum autem est considerato fine Societatis & laboribus eius, illud me-

dium non fuisse illi conveniens, in alio gradu, aut modo; ergo ex eo capite non habet imperfectionem privativam, ut superiori c. n. 2. loquebamur. Quod si ulterius addamus finem, & labores huius religionis adeo perfectos esse ex suo genere, ut austeritati corporis præferendi sint, quatenus hi cum illa coniungi non possunt, iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 4. *Exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia.* Quem locum ad hoc propositum adiungit multis Patrum testimoniis tractavi in tom. 2. 3. p. disput. 28. sect. 3. Si hoc (inquam) addamus, vltimus etiam concludemus, nec negativam imperfectionem illam dici posse in tali religione, quia illa non est perfectio simpliciter simplex in hoc genere, ita ut formaliter sit necessaria ad perfectionem religionis ut sic; potest siquidem eminenter contineri in aliis laboribus, & afflictionibus maioris momenti, & suppleri per desiderium exterioris penitentiae grauioris, ex magno affectu interioris penitentiae, præsertimque per voluntatis abnegationem, in qua religiosi perfectio consistit, ut dixit Ioannes Climacus in gradu primo perfectionis. & Bonau. in speculo disciplinæ p. 1. cap. 4. Aduertant autem religiosi Societatis, nos hic loqui de instituto ipso, non de singulis personis; nam singuli imperfecti erunt, si quantum in ipsis est, afflictionibus corporis sibi proportionatis non utantur; neque erit eis sufficiens excusatio, quod in aliis laboribus studiorum, aut aliorum operum pietatis versentur, vel quod aliæ abnegationes, & internæ mortificationes ab ipsis exerceantur; & custodiæ sensuum cura, vigilæque occupentur; nam hæc omnia, non excusant ab usu penitentiae exterioris, cum omni austeritate, quæ arbitrio Superioris possit prudenter cum illo alio grauiori onere coniungi; hoc enim non solum ipsa ratio per se maioris perfectionis, maiorisque cum Christo, & Sanctis conformitatis, verum etiam propria regula Societatis illa à nobis sigillatim requirit, ut explicatum est, declararique amplius potest exemplo paupertatis, quam collegia Societatis in communi non habent, cum tamen singuli scholares habeant; sic ergo in communitate Societatis regula definitæ penitentiae non datur; quique autem ex regula tenetur sibi convenientem cum superioris nutu, aut iussu assumere, contra quam etiam regulam faciet Superior, qui subdito ea in re non prospexerit.

Aliud corollarium huic simile est, propter hocgenus vite, non posse religionem hanc iudicari minus perfectam quacunque alia, à qua in exteriori vite austeritate, ex vi regulæ excedatur; sicut D. Thom. dixit de excessu in paupertate, & nos ostendimus de excessu in usu chori, in citato num. 5. superiori cap. Eadē enim ratio hic omnino applicari potest; quia ille excessus non est in re simpliciter necessaria ad perfectionem, neque in re omnium optima. Oportet ergo pensare an religio illa, quæ in austeritate excedit, in aliquo alio bono excedatur, ut in perfectione obedientiæ, contemptu honorum, & dignitatum, laboribus circa salutem proximorum, & exercitatione, ac professione perfectarum, solidarumque virtutum, vel alia simili; & deinde oportere ponderet, & tunc legitime fiet comparatio, quam tamen facere, ut sæpe dixi, meum non est.

Vltimò ex dictis facilis est responsio ad secundā obiectionem cap. 7. num. 2. relictam, & ad rationem dubitandi in principio huius c. propositam. Nam in primis distinguimus austeritatem corporalem à inprimis distinguimus austeritatem, quæ non immerito dici potest spiritualis austeritas, & quāvis prior in Societate non emineat, posteriore ostendimus esse magnam, eamque per se ad perfectionem religionis pertinere. Deinde fatemur antiquas religio-

3. p. Const. c. 1. § 4. G. a. lius locis supra indicatis

hies in maiori austeritate corporali fuisse fundatas, quantum ad ea, quæ pro toto corpore religionis per generales regulas designabantur, id verò ortum est ex diuersitate finis, studiorum, actionum ac laborum; & ideo hæc diuersitas non est contrarietas, sed potius conformitas proportionata. Quoad vsum autem, & exercitium earundem, vel æquiualentium austeritatum, & afflictionum corporis ortum etiam ex vi regulæ, licet diuerso modo propositæ, fortasse non est magna diuersitas; & si qua est, aliis muneribus compenſatur, vt satis explicatum est. Denique addere possumus primam, & antiquissimam religionem fuisse religionem Apostolorum, quæ quia non fuit instituta ad vitam quietam, vel solitariam, aut otiosam, vt Augustinus loquitur, nec vt membra eius in vno loco confisterent; sed per vniuersum mundum discurrent, ideo non legitur fuisse fundata in certa, aut vniiformi austeritatis regulâ, præter tria substantialia religionis vota, cum maxima eorum perfectione in ordine ad il-

lum finem, qui Actor. 6. illis verbis exprimitur: *N: v: orationi, & ministerio verbi instantes eramus.* Vnde licet certum sit Apostolos castigasse corpora sua, & in seruitutem redeſſe, modus tamen non est certus, nec vnus & idem pro omnibus fuit definitus, sed vnusquisque, quod prudenti arbitrio suo muneri iuxta proportionem virium, & actionum expedire iudicabat, egisse creditur. Nam de Iacobo fratre Domini refert Eusebius lib. 2. histor. c. 24. ex Hegesippo, nunquam induisse lancam vestem, sed sola syndone lineæ vsum: alij verò hoc non obseruarunt, & ita est de aliis rebus ad vsum corporis accommodatis. Illud ergo institutum suo modo imitatur Societas, eiusque alumni conari debent, vt, quoad possint, Apostolos imitentur. Hoc, inter alia, obseruato discrimine, quòd Apostoli in huiusmodi rebus, ab Spiritu sancto proximè, & specialissimè regebantur: nobis autem Superioris iudicium, & voluntas pro regula proposita est.

INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI.

De ingressu in Societatem, & probatione, tum quæ illum antecedit, tum etiam quæ sequitur.

- Cap. I. **R** Eſtne instituta sint aliqua impedimenta substantialiter impediencia ingressum in religionem Societatis, & quænam illa sint?
- II. *De quodam alio impedimento ex defectu originis.*
- III. *De impedimentis accidentalibus, seu quæ conditiones seruandæ sint, quæve probatio antecedere debeat, vt aliquis conuenienter in Societatem IESV recipiatur.*
- IV. *An biennium ingressis iam Societatem pro secunda probatione, seu Nouitiatu conuenienter sit assignatum?*
- V. *De experientis huius secunde probationis in Societate IESV.*

LIBER